

M^o.CCC^o.XXXVII^o in die sancti Georgii. Testes huius rei sunt discreti viri domini .. Storm thesaurarius, Henricus de Pesna canonicus nostrae ecclesiae, Theodoricus de Lenthe perpetuus vicarius ecclesiae Mersburgensis et Ludolphus plebanus in Horburg et plures alii fide digni.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Merseburg mit den Siegeln des Probsts und Capitels zu St. Thomas an Pergamentstreifen.

No. 97. 1339. 4. Apr.

Probst Nicolaus bestimmt mit Genehmigung des Convents gewisse jährliche Gefälle zur Bekleidung der Chorherren.

Quoniam humanae conditiones generationis tamquam in momento de medio huius terrenae habitationis diversis modis transeunt, aliae velociter consurgunt, ex quo sequitur quod oblivio dirimit omnia quae fiunt in mundo exceptis his quae scriptorum elucidationibus et litterarum stabili fulciantur munimento, sciant ergo praesentes et futuri quibus praesens scriptum exhibitum fuerit et ostensum, quod nos Nicolaus praepositus dominorum canonicorum regularium ecclesiae sancti Thomae apostoli in Lipcz, cum votis affectamus sedulis ut ecclesia nostra in spiritualibus amplificetur augmentis et maxime in dei officio proficiat incrementis, ad ea quae commodum ipsius respiciunt et honorem pium semper studium adhibere volumus et favorem: una cum domino Petro priore ceterisque ecclesiae nostrae dominis regularium canonicis voluntate unanimi et pari omnium nostrum consensu quorum interest et quibus nosse fuerit oportunitate futuris periculis obviare cupientes, quae ex penuria vestimentorum, quibus humana natura congrue nequit persistere, per tempora suboriri possunt ampliora, pio moti affectu tredecim marcas annuum reddituum ad tollendum huiusmodi defectum dedimus et tradidimus et praesentibus damus et tradimus perpetuo profuturum seu duraturum de bonis nostrae ecclesiae hinc inde collectas, ut obinde cultus divinus per nostros dominos in horis nocturnis tam diurnis copiosius augmentetur. Quae quidem pensio sic specificè distinguitur in suis limitibus, videlicet quod de bonis nostris quae appellantur Miedzdorf^{a)} quatuor marcae, item in villa dicta Cludeme^{b)} tres marcae, item de bonis nostris in Gorbus^{c)} tria talenta, item in silva quae dicitur Czuche^{d)} duae marcae, item de una area in cimiterio sancti Nycolai in Lipcz unum talentum, item cerdones sutores et carnifices in Lipcz unum talentum, item de una area post murum contra stupam^{e)} octo solidi denariorum singulis annorum revolutionibus certis et distinctis temporibus, ut alias invenitur registratum, solvantur et praesentari debent uni dominorum nostrorum, quem dominus .. praepositus et dominus .. prior tantum ad hoc duxerint subrogandum, qui constitutus tempore suo dominis nostris solum praesentibus choro deservientibus tam iuvenibus quam veteranis, illo non obstante quod licet veterani qui propter gloriosam senectam sunt viribus destituti tamen pluribus ecclesiae temporibus devote et laudabiliter subservierunt, aequaliter secundum uniuscuiusque prout facultas illius pensionis sufficit distribuat

a) Vgl. No. 14. b) Vgl. No. 87. c) Vgl. No. 28. d) Vgl. No. 92. e) Die Badestube; vgl. No. 52 u. 53.